



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Disce orare, id te doceant orationes de S. Michaelë Archangelo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

*Ecli. cap. 8.
vers. 8.*

judicis, & quot ex eis dammandi: Ita non tantum sepe, sed assidue mortalem te cogita. Nil aequè tibi proderit ad temperantiam omnium rerum, quam frequens cogitatio brevis ævi hujus & incerti. Noli de mortuo inimico tuo gaudere, sciens quoniam OMNES morimur. Attende ergo tibi & vitæ tuæ. Ortum quiddam habet, finem timet: ibimus omnes, ibimus. Illi, & isti, & isti præcedunt, nos singuli, quo quemque mors ordine vocaverit, sequemur. Omnes dies, omnis hora, quam nihil sumus, ostendit; attende tibi: Vitam lucrari est, in singulos dies mori. Memento mori.

Disce VIVERE: id te doceat lex Misericordiae.

*Matth. c. 9.
vers. 13.*

E Dicit Veritas: Misericordiam volo, & non sacrificium. Aequum est egenibus subveniri non divitiis. Effundit, qui in plenum mittit; illud potius reconditur, quod vasis vacuis commendatur. Laudent te esurientium viscera, non ructantium opulenta convivia. Ter mirum! in plenissimo resurgentium conventu, coram universis Angelis tacet Christus, quod Abel primus martyr fuerit, quod Abraham obedientiam excelluerit, quod Moles legem tulerit, quod Petrus crucem Jesu primus ascenderit: hæc, inquam, tacet Judex, & solum proclamat, quis sibi pauperi cibum dederit, quis nudo vestem obtulerit, quis domo foverit. En, quiddam datur pauperi, non est donum, sed mutuum; quiddam enim tribuitur, tam pulchro quam magno fenore recipitur. Quæstuosissima omnium ars est elemosyna, & celi janitoribus notissima. Elemosyna verò aurea, & summa est, INIMICOS DILIGERE.

*In iudicio
opera misericordiae
à Christo
proclamantur.*

*Disce ORARE: id te doceant Orationes de
S. Michaële Archangelo.*

Prima.

B Eati Michaëlis Archangeli tui, quæsumus Domine, intercessio gloriosa nos semper & ubique protegat, & ad vitam perducat æternam. Per Christum Dominum nostrum.

Secunda.

P Rinceps gloriosissime, Michaël Archangele, esto memor nostri, hic & ubique semper, precare pro nobis Filium Dei.

Tertia.

B Eati Archangeli tui Michaëlis commemoratione letantes, humiliter te Domine deprecamur, ut quod nostris meritis non valemus, ejus intercessione consequamur. Per eundem Christum Dominum nostrum.

HORA VII.

*Disce MORI: id te doceat temporis
jactura irreparabilis.*

*Temporis
pretium
est inæstimabile.*

M EMENTO homo favilla, non verba solum, sed & tempus volare irrevocabile. In domus combustæ vicem surgit alia: in temporis combusti pretium nulli uniones sunt computandi. Paleæ sunt gemmæ omnes præ hoc temporis censu. Nec futurum ullus damnosior est, quam qui hoc ipse sibi furatur, aut malè agendo, aut nihil agendo. Fluunt dies, & irreparabilis vita decurrit. Aliqua est rerum omnium recuperatio, nulla temporis: mille florenos perdere, magnum damnum censetur; famam amittere, multò majus; tempus otio comburere, multò maximum, & quo plus temporis in vanum avolat, hoc mors formidabilior propinquat. Memento mori.

Disce VIVERE: id te doceat lex Mansuetudinis.

*Ecli. cap. 3.
vers. 19.*

F Illi, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligere. Quidquid dicas, faciasve, super

A omnia vultus & verba accedant bona: Beati mites. Cæ- Cælestis urbs Hierusalem non spoliū bellatorum, sed speli- Hierusalem rata hereditas mansuetorum. Mites sunt, qui improbi non est tati cedunt, & malo non resistunt, sed vincunt in bono bellatores, malum. Sunt quidam mites, sed quamdiu cuncta sunt sed mansuetorum. Nimirum, qualis quisque apud se lateat, illa contumelia probat. Magni animi proprium illud est, ut sciat esse placidus, ut noceat iram subtingere, injurias atque offensiones serenè semper fronte digerere. Verè mansuetus, est ut tractabilis cera, mitis columba, tranquillum ovum.

Disce ORARE: id te doceant Orationes ad Custodem Angelum, Christi Matrem, Christum.

I. Ad Angelum Custodem.

S Aluto te, ô Sancte Angele Dei, Princeps nobilis, custos meus fidelis, cui me gubernandum divina bonitas tradidit. Quam multa secundum Deum, tibi tuæque charitati debeo, quod indigno mihi tot annis totque modis fideliter atque clementer assistis, & animi corporisque mei salutem procuras. Commendo me tibi hodie, ut adversus malignum hostem, te duce illæsus conservet, & in gratia Dei, ad extremum usque halitum firmus & constans perseverem, & tecum in cælo Dominum nostrum laudem in æternum.

II. Ad Beatissimam Virginem MARIAM: Salutationes XII. totidem stellis assimilatae.

A Ve Mundi decus, lampas inextinguibilis.

Ave Mundi oculus, cælorum janua, Seraphinorum gloria.

Ave Mater purissima, quam nulla unquam sequior invasit cogitatio.

Ave ingens & portentosum mundi miraculum.

Ave ornatissimum supremi regis palatium.

Ave armarium vitæ, pratum totius fragrantie Spiritus sancti.

Ave latens thesauri gratiæ, quæ sola portas Verbum, quod portat omnia.

Ave vas electionis admirabile; Ave Mater Filii, filia Patris, sponsa sancti Spiritus.

Ave nubes lucida, Ave columna ignea, quæ populum Dei per desertum mundi deducis.

Ave vellus mundissimum de cælo humectatum, per quam & in quâ ovem induit pastor.

Ave doctrinæ sceptrum, devotionis templum, donorum omnium gazophylacium opulentissimum.

Ave novi Adami paradisi: Ave urna aurea cælestis manna continens.

Ave fax fidelium, infiniti circumdatrix, castrorum animarum ara: Ave gaudium semper & in æternum ineffabile.

D Nomina Patrum, è quibus hæc stella sunt excerpta.

C Trillus Alexandrinus, Epiphanius, Elias Cretensis, Eulgentius, Gregorius Nicomedienfis, Gregorius Neocaesariensis, Hildebrandus Toletanus, Origenes, Proclus, Sophronius, Theodoretus, Methodius, Olympius. Inter hos velut duodecim Apostolos, decimus tertius esse cupit Bernardus, uti fuit & Paulus. Nec se continet Bernardus, & ad DOMINI MATREM succlamat: Ex totis animæ viribus te saluto ac compello: Ave Virginum Regina: Ave mare gemmis plenissimum.

Nec hoc ei satis, totum invitans orbem ad matris istius venerationem:

Totis ergo, inquit, medullis cordis veneremur Mariam, quia hic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam.

III. Ad